

# ACTES

DE

# S. S. PIE X

*Texte latin avec traduction française*

---

TOME VIII



BONNE PRESSE

ÉDITIONS DE « LA DOCUMENTATION CATHOLIQUE »

5, RUE BAYARD, PARIS, VIII<sup>e</sup>





# *Bibliothèque Saint Libère*

<http://www.liberius.net>

© Bibliothèque Saint Libère 2011.

Toute reproduction à but non lucratif est autorisée.



**ACTES**

**DE**

**S. S. PIE X**

**TOME VIII**



[SA SAINTETÉ PIE X

**PREMIÈRE PARTIE**

**Actes du Souverain Pontife**





# LITTERÆ APOSTOLICÆ

---

*Erectio novi vicariatus apostolici de Banguelo,  
territorio Nyassensi in duas partes separato.*

---

PIUS PP. X

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Magno est semper Nobis solatio, quod feræ incultæque gentes, quæ prius in tenebris et in umbra mortis sedebant, tanto numero ad Christi fidem convertantur ut necesse sit novas pro eis condere Missiones. Jucundo igitur accepimus animo dominicum gregem ita in latissimo apostolico vicariatu Nyassensi crevisse, ut opportunum videatur haud parvam ex illo regionem sejungere in qua proprii pastores spirituale suis ovibus pabulum facilius ac satius præbere queant. Universa itaque hujusmodi re cum VV. FF. NN. S. R. E. Cardd. christiano nomini propagando præpositis sedulo perpensa, motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostra, deque Apostolicæ potes-

---

*Erection du nouveau vicariat apostolique de Banguelo.*

---

PIE X, PAPE

*Pour perpétuelle mémoire.*

Ce nous est toujours une grande consolation de voir des peuples sauvages et barbares, assis encore dans les ténèbres et à l'ombre de la mort, se convertir en si grand nombre à la foi du Christ, qu'il devient nécessaire de créer pour eux de nouvelles Missions. C'est ainsi que Nous avons eu la joie d'apprendre que le nombre des fidèles s'était accru à un tel point dans le vaste territoire du vicariat apostolique de Nyassa, qu'il semble opportun de détacher de ce vicariat toute une région, qui ait ses propres pasteurs, à même de donner avec plus de facilité et en plus grande abondance la nourriture spirituelle à leurs ouailles. Après en avoir conféré avec Nos Vénérables Frères les Cardinaux de la Sainte Eglise Romaine membres de la S. Cong. de la Propagande, et avoir envisagé avec soin la question sous tous ses aspects, de Notre propre mouvement, de science certaine et après mûre délibération, dans la plénitude de Notre pouvoir apostolique, en vertu

tatis plenitudine, harum Litterarum vi, territorium Nyassense, ad occidentem versus usque ad civilia anglo-belgica confinia prolatum, per displuvii lineam inter Luangua et Chambezi flumina existentem, ac dein per decimum tertium australis latitudinis gradum in duas partes dividimus et separamus, quarum alteram ad meridiem jacentem antiquo Nyassæ nomine dici jubemus, alteram vero ad boream in proprium vicariatum apostolicum cum omnibus et singulis juribus, honoribus, privilegiis et indultis quæ ad Missiones pertineant, erigimus et constituimus, eumque « de Banguelo » decernimus appellari. Ut autem ex hoc novo vicariatu non minus uberes christianæ religionis ac vitæ fructus percipiantur, pari auctoritate Nostra, eum curis Congregationis Missionariorum ad Afros committimus, qui jam, exantlatis in eadem regione laboribus, præclara actiosi studii et frugiferæ sollertiæ testimonia exhibuerunt. Decernentes præsentem Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque in præmissis per quascumque iudices ordinarios et delegatos judicari et definiri debere, atque irritum esse et inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate,

de ces Lettres, le territoire de Nyassa, qui s'étend à l'Ouest jusqu'aux frontières civiles des territoires anglo-belges, limité, d'un côté, par la ligne de partage des eaux entre la rivière Loangoua et le fleuve Zambeze, de l'autre par le 13° degré de latitude australe, Nous le divisons en deux parties bien distinctes : celle du Sud, qui conserve le nom primitif de Nyassa; celle du Nord, que Nous érigeons et constituons en vicariat apostolique indépendant, avec tous les droits, honneurs, privilèges et indults qui appartiennent aux Missions. Nous donnons à ce nouveau vicariat le nom de Banguelo. Pour lui faire produire des fruits non moins abondants de religion et de vie chrétienne, dans la plénitude de Notre autorité, Nous le confions à la Société des Missionnaires d'Afrique (Pères Blancs) qui déjà, par les travaux accomplis dans cette région, a donné des preuves éclatantes de son zèle industriel et de sa féconde activité. Nous décrétons que les présentes Lettres sont et seront toujours fermes, valables et efficaces, qu'elles sortiront et obtiendront leurs effets pleins et entiers, qu'elles seront une garantie en tout et sur toutes choses pour ceux à qui elles s'adressent et s'adresseront dans la suite; qu'ainsi devront juger et définir tous juges tant ordinaires que délégués; et si quelqu'un, quelque autorité qu'il ait, essaye, sciemment ou par ignorance, de s'y opposer, que sa tentative soit tenue

scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Nostra et Cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus et sanctionibus apostolicis, ac ceteris omnibus etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxviii januarii MDCCLXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. card. MERRY DEL VAL,  
*a secretis Status.*

L. ✠ S.

pour vaine et de nul effet. Nonobstant Notre règle et celle de Notre Chancellerie apostolique *de jure quæsito non tollendo* et les autres Constitutions et Ordonnances apostoliques, bien que dignes d'une mention et d'une dérogation spéciale et individuelle, nonobstant aussi toutes autres choses contraires.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 28 janvier 1913, de Notre Pontificat la dixième année.

R. card. MERRY DEL VAL,  
*secrétaire d'Etat.*

L. ✠ S.

[Rome, 8 juin 1914.]

# EPISTOLA

*ad R. P. D. Josephum Angelucci, episcopum Civitatis Plebis, ejusdemque diocesos clerum utrumque, qui Beatissimo Patri singularis venerationis adhæsiōnisque specimen exhibuerunt.*

---

VENERABILIS FRATER AC DILECTI FILII,  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BÉNEDICTIONEM.

Gratæ Nobis vehementer vestræ Litteræ. Inest in iis suavissima pietatis atque absoluti immutabilisque obsequii in Nos significatio; cujus præbendæ singulis occasionem dedisse comperimus verba, gravissima equidem ac mœroris plena, quibus cum affari non multo ante contigit sacerdotes Unionis Apostolicæ, conquesti apud eos sumus prava nonnullorum sacerdotum exempla qui Sedis Apostolicæ dicto minus sunt audientes. Deus, omnium auctor bonorum, hanc tam bonam mentem perpetuo vobis tueatur, dilecti Filii; ea profecto nihil optatius Nobis, vobis nihil

---

# LETTRE

*à Mgr Joseph Angelucci, évêque de Città della Pieve,  
et aux deux clergés de ce diocèse.*

---

VÉNÉRABLE FRÈRE ET CHERS FILS, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Votre lettre Nous a causé un très grand plaisir, à cause de la preuve bien douce qu'elle contient de votre piété et de votre amour absolu et immuable à Notre égard. Et ce témoignage a été occasionné. Nous le savons, par le discours très grave en vérité et débordant de tristesse que Nous avons adressé peu de temps auparavant aux prêtres de l'Union apostolique et dans lequel Nous Nous plaignions devant eux des déplorables exemples donnés par quelques prêtres, peu obéissants aux directions du Saint-Siège. Que Dieu, auteur de tous les biens, vous conserve toujours ce si bon esprit, Nos chers Fils; rien n'est plus important pour vous, et Nous ne souhaitons rien plus ardemment. Et

utilius. Et utinam ad similem referrent ac foverent animo reliqui ad unum omnes sacerdotes! Quot offensiones populis, quot Nobis minuerent ægritudinis causas; quanto melius vocationi suæ sanctæ responderent!

Ad vos quod attinet, Venerabilis Frater ac dilecti Filii, pro delatis officiis gratias habete Nostras; habete et apostolicam Benedictionem, quam testem benevolentiae Nostræ ac cælestium munerum conciliatricem, unicuique vestrum, vestris insuper gregibus, peramanter in Domino impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die viii februarii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

plût à Dieu que tous et chacun des prêtres aient et entretiennent dans leur cœur de semblables dispositions! Combien en seraient diminués et les scandales donnés aux peuples et les chagrins qu'ils Nous causent; comme ils répondraient mieux à la sainteté de leur vocation!

Pour en revenir à vous, Vénérable Frère et chers Fils, Nous vous remercions de vos hommages; recevez aussi la Bénédiction apostolique qu'en témoignage de Notre bienveillance et comme gage des faveurs divines Nous accordons affectueusement dans le Seigneur à chacun d'entre vous et aussi à vos ouailles.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 8 février 1913, de Notre Pontificat la dixième année.

PIE X, PAPE.

[Rome, 8 juill. 1913.]

# LITTERÆ APOSTOLICÆ

---

*Præfectura apostolica Tripolitana in vicariatum apostolicum erigitur, titulo de Libya distinctum.*

---

PIUS PP. X

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Mandatum illud quod Apostolis suis Salvator noster dedit inquit « Euntes docete omnes gentes », Supremum Nos in terris Apostolatam divinitus obtinentes adigit, ut omni cura et studio christianæ fidei incremento consulamus. Jamvero cum opportunum videatur, quo validius divini nominis gloria in Africa septentrionali promoveatur atque christifideles ad oras Libycas degentes uberiora suscipiant incrementa salutis, ut præfectura apostolica Tripolitana in vicariatum apostolicum constituatur, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. card.

---

*Érection de la préfecture apostolique de Tripoli en vicariat apostolique sous le titre de Libya.*

---

PIE X, PAPE

*Pour perpétuelle mémoire.*

L'ordre donné par notre Sauveur à ses apôtres : « Allez, et enseignez toutes les nations », Nous presse, Nous qui avons reçu de Dieu la charge de l'apostolat pour toute la terre, de Nous employer, de toute l'ardeur de Notre zèle, à l'accroissement de la foi chrétienne. Il paraît opportun, tant pour augmenter la diffusion de la gloire de Dieu dans l'Afrique septentrionale que pour fournir aux chrétiens de Libye les moyens de faire avec plus de facilité leur salut, que la préfecture apostolique de Tripoli soit érigée en vicariat apostolique.

Après, donc, en avoir conféré avec Nos Vénérables Frères les car-

negotiis Propagandæ Fidei præpositis, hæc quæ infrascripta sunt, decernimus, statuimus, edicimus.

Itaque motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, præsentium tenore, præfecturam apostolicam Tripolitane in vicariatum apostolicum, proprio antistiti committendum, erigimus. Præterea volumus ut novus idem vicariatus eodem territorio constet quo vetus præfectura, eisdemque limitibus circumscribatur; nomen autem ipsi a Libya facimus.

Decernentes præsentis Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere; illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite judicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri si secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Nostra et Cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo aliisque Constitutionibus et Ordinationibus apostolicis, etiam speciali atque individua mentione ac derogatione dignis, ceterisque omnibus in contrarium facientibus quibuscumque.

---

dinaux de la Sainte Eglise Romaine membres de la S. Cong. de la Propagande, Nous décrétons, instituons, édictons ce qui suit. De Notre propre mouvement, de science certaine et après mûre délibération, dans la plénitude de Notre pouvoir apostolique, en vertu de ces lettres, Nous érigeons la préfecture apostolique de Tripoli en vicariat apostolique, avec un évêque particulier. Nous voulons que le nouveau vicariat comprenne le même territoire et garde les mêmes limites que l'ancienne préfecture. Nous lui donnons le titre de vicariat de Libye. Nous décrétons que les présentes Lettres sont et seront toujours fermes, valables et efficaces, qu'elles sortiront et obtiendront leurs effets pleins et entiers, qu'elles seront une garantie en tout et sur toutes choses pour ceux à qui elles s'adressent et s'adresseront dans la suite; qu'ainsi devront juger et définir tous juges tant ordinaires que délégués; et si quelqu'un, quelque autorité qu'il ait, essaye, sciemment ou par ignorance, de s'y opposer, que sa tentative soit tenue pour vaine et de nul effet. Nonobstant Notre règle et celle de Notre Chancellerie apostolique *de jure quæsito non tollendo* et les autres Constitutions et Ordonnances apostoliques, bien que dignes d'une mention et d'une dérogation spéciale et individuelle; nonobstant aussi toutes autres choses contraires.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die  
xxiii februarii MDCCCXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. card. MERRY DEL VAL,  
*a secretis Status.*

L. ✠ S.

---

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur le  
23 février 1913, de Notre Pontificat la dixième année.

R. card. MERRY DEL VAL,  
*secrétaire d'Etat.*

L. ✠ S.

[Rome, 8 juin 1914.]



# LETTRES APOSTOLIQUES

« NOBILITATUR SUESSIONENSIS »

*érigeant en basilique mineure  
l'église de Notre-Dame de Liesse.*

---

PIE X, PAPE

*Pour perpétuelle mémoire.*

Beaucoup d'édifices sacrés font la gloire du diocèse de Soissons; parmi ceux-ci, il en est un, et non des moindres, construit sous le vocable de la Bienheureuse Vierge Marie Cause de notre joie, ou Notre-Dame de Liesse. Ce sanctuaire remonte aux temps anciens et, dès le XII<sup>e</sup> siècle, avait acquis une renommée considérable par le grand nombre de fidèles qui s'y rendaient en pèlerinage. Parmi ces pieux visiteurs, il y eut des chrétiens de tout rang et de toute condition, non seulement des prêtres, des évêques et des cardinaux, mais même d'illustres princes et de puissants monarques. Aujourd'hui encore, soit pour implorer le secours de la Vierge Mère de Dieu, soit pour la remercier de ses bienfaits, environ 50 000 pèlerins franchissent chaque année le seuil de ce temple béni. Cette sainte demeure, outre son antiquité et ses belles proportions, se recommande aussi par le côté artistique de sa construction. Des ornements de tout genre l'embellissent, et, pour la restaurer et lui conserver sa splendeur, des frais importants que couvre la charité privée ont été entrepris.

Tout cela bien considéré, et pour répondre à la demande de Notre Vénérable Frère Pierre-Louis Péchenard, évêque actuel de Soissons, comme aux vœux de son clergé et du peuple à lui confié, demande et vœux tendant à ce que l'église de Notre-Dame de Liesse soit élevée par Nous à la dignité de basilique, honneur bien mérité, semble-t-il, volontiers Nous avons pensé qu'il fallait répondre favorablement à ces désirs. En conséquence, usant de Notre autorité apostolique, par la teneur des présentes, Nous décorons du titre de *basilique mineure* ladite église de

Notre-Dame de Liesse, au diocèse de Soissons, lui donnant droit aux seuls privilèges suivants, à savoir : de porter en procession le pavillon et la clochette, sans ornement d'or ou d'argent pour l'un ni l'autre; d'ajouter en outre à ses armoiries ledit pavillon; enfin d'avoir la préséance sur les autres églises non honorées du titre de basilique.

Nous voulons que cette Lettre conserve toujours, dans le présent et dans l'avenir, sa vigueur, sa force et son efficacité; qu'elle reçoive et obtienne ses effets pleins et entiers; qu'elle soit aujourd'hui et dans la suite, pour l'église que Nous venons d'ériger en basilique, une preuve absolue de ses droits; c'est ainsi que Nos paroles doivent être interprétées et expliquées; toute atteinte portée par n'importe qui, en vertu de n'importe quelle autorité, sciemment ou par ignorance aux droits ci-dessus énoncés, sera nulle et sans effet. Nonobstant toute autre disposition contraire.

Donné à Rome, près de Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 26 février 1913, de Notre Pontificat l'an dixième.

R. card. MERRY DEL VAL,  
*secrétaire d'Etat.*

[*Semaine religieuse de Soissons, 29 mars 1913.*]

# EPISTOLA

*ad V. E. Vincentium card. Vannütelli, quem Parisios, ut sæcularibus sollemnibus in honorem Friderici Ozanam habendis præsit, legatum suum mittit, summis laudibus Ozanam ejusque operam prosecutus.*

---

VENERABILIS FRATER NOSTER,  
SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quod propediem, exeunte sæculo ex quo Antonius Fridericus Ozanam hanc lucem aspexit, Societas Vincentiana, ut accepimus, sollemni commemoratione celebrare virum parat, Nos equidem probamus vehementer tale propositum, libentissimeque facturi sumus, ut illa ipsa solemnità Nostræ dignitatis accessione amplificemus.

Etenim cum justum arbitramur ejus ornare nomen qui profecto in illustranda et scriptis et factis salutari virtute fidei catholicæ ætatem omnem, heu non ita longam, consumpsit, ut inter præclaros christianæ sapientiæ vindices ponatur; tum vero volumus occasione deesse, quæ datur, testandæ rursus propen-

---

## LETTRE

*au card. Vincent Vannutelli,*

*légal aux fêtes du centenaire de Frédéric Ozanam.*

---

VÉNÉRABLE FRÈRE, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Nous avons appris que très prochainement, un siècle s'étant écoulé depuis qu'Antoine-Frédéric Ozanam a vu le jour, la Société de Saint-Vincent de Paul se préparait à célébrer par une commémoration solennelle la mémoire de cet homme éminent; Nous approuvons grandement un tel projet, et c'est bien volontiers que nous ferons en sorte de rendre ces fêtes plus solennelles encore par Notre participation.

En effet, Nous ne trouvons pas seulement juste d'honorer le nom de celui qui a consumé sa vie toute entière, hélas! trop courte, à mettre en lumière, par ses écrits et par ses actes, la salutaire efficacité de la foi catholique, si bien qu'il a pris rang parmi les plus insignes champions de la science chrétienne; mais Nous ne voulons pas non plus

sissimæ voluntatis Nostræ erga illud opus quod *Conferentiarum* dicitur, cujus hic jure primarius conditor habetur. Nam consociatio id genus — quæ cum ad christianam caritatem tota spectet, nomine patrociniisque recte utitur Vincentii a Paulo — quis non miretur quam brevi tempore quantaque cum utilitate communi se usque quaque propagarit? Vixdum ejus hic noster cum paucis ejusdem animi virtutisque sodalibus semina jecerant, alte radices egit, atque opinione celerius tamquam in celsam arborem patulisque diffusam ramis excrevit; ut consentaneum ceteroqui erat ingenio nationis Gallicæ, qua quidem ad Religionem promovendam nihil actuosius, aut uberius. Eademque nunc late per terrarum orbem magno est usui non solum multitudini ege-  
norum, quibus tum ad hanc vitam tum ad æternam bona adju-  
menta suppeditat, verum etiam sociis ipsis, quos commode per varia christianæ misericordiæ munia ad omnem sanctimoniam exercet.

Hæc reputantibus Nobis satis superque est causæ cur Nos in primis ista participemus sollempnia, optemusque ut honoribus habendis meritissimo viro simul operis ejus notitia apud homines

---

laisser échapper l'occasion qui se présente d'attester une fois de plus Nos dispositions très favorables à l'égard de l'œuvre dite des *Conférences*, dont ce personnage est regardé à bon droit comme le principal fondateur. Cette association, exclusivement vouée à la charité chrétienne et qui se réclame si justement du nom et du patronage de Vincent de Paul, comment ne point admirer dans quel bref délai et avec quel profit pour le bien de tous elle s'est propagée en tout lieu? A peine notre cher Ozanam, avec quelques compagnons animés du même esprit et du même zèle, en avait-il jeté les semences, qu'elle poussait profondément ses racines et que, plus promptement qu'on n'aurait pu le supposer, elle croissait comme un grand arbre, étendant de toutes parts ses rameaux touffus : développement bien en rapport avec le génie de la nation française, que nul ne surpasse en activité et en fécondité dans les entreprises capables de promouvoir la religion. A présent, cette œuvre des Conférences, répandue au loin sur la surface de l'univers, est grandement utile non seulement à la multitude des indigents, qu'elle munit d'efficaces secours tant pour la vie présente que pour la vie éternelle, mais aux associés eux-mêmes, qu'elle forme excellemment à toute sanctification par les divers offices de la charité chrétienne.

Ces considérations sont amplement suffisantes pour Nous faire participer des premiers aux solennités en préparation, pour Nous faire souhaiter que les honneurs rendus à un personnage si méritant développent

atque studium crescat. Ac sane in tanta perturbatione rerum omnium, quantam vel doctrinarum fallacia vel cupiditatum licentia creat, optime civili societati consulatur, si, quotquot christianam ipsius disciplinam curæ habent, Ozanam et magistrum sequantur et ducem. Itaque majora sèmpè a Deo Societati Vincentianæ incrementa precanda sunt, ut saluberrima sui auctoris instituta longe lateque usque in ultimas oras possit extendere.

Jam vero, cum in generali cœtu quem apud summum Consilium delecti *Conferentiarum* habituri sunt Parisiis, velimus esse qui hæc animi Nostri sensa exponat, nullum videmus aptiorem cui hoc mandemus officii, quam illum S. R. E. cardinalem qui vicesimum jam annum Societatis hujus apud Apostolicam Sedem patronum agit, particeps studiorum ejus cœptorumque fautor perdiligens.

Quare te, Venerabilis Frater Noster, Legatum Nostrum mitimus, qui, quæ his Litteris tibi significavimus, in eo cœtu verbis Nostris exprimas. Idem generali Consilio ac ceteris, quos una conventuros diximus, universis etiam, quos Societas Vincentiana vel habet sodales, vel juvat pauperes, atque omnibus de clero

---

parmi les hommes la connaissance et le goût de son œuvre. Assurément, dans un si grand bouleversement de toutes choses, fruit de la fausseté des doctrines ou de la licence des mauvais désirs, ce serait une résolution éminemment utile aux intérêts de la société civile, si tous ceux qui ont souci de lui donner une discipline chrétienne prenaient Ozanam pour maître et pour chef. Aussi faut-il implorer de Dieu une extension toujours croissante de la Société de Saint-Vincent de Paul, afin qu'elle puisse propager dans toutes les directions, jusqu'aux rivages les plus reculés, les pratiques très salutaires qu'elle doit à son fondateur.

En outre, dans l'assemblée que les délégués des *Conférences* vont tenir à Paris auprès du Conseil général, Nous voulons qu'il y ait quelqu'un pour interpréter ces pensées de Notre cœur; Nous ne voyons personne de plus apte à recevoir une telle mission que le cardinal de la sainte Eglise romaine qui, depuis vingt ans déjà, exerce le patronage de ladite Société auprès du Siège apostolique, participe à ses travaux, favorise très activement ses entreprises.

Aussi est-ce vous, Vénérable Frère, que Nous envoyons comme Notre légat, pour exprimer en Notre nom, dans cette assemblée, les sentiments que Nous vous manifestons par la présente Lettre. Vous apporterez aussi la Bénédiction apostolique, gage des faveurs célestes, au Conseil général, aux autres membres qui, comme Nous l'avons dit, se

populoque claris viris, quicumque ad hæc sollemnia honestanda contulerint aliquid, apostolicam Benedictionem, auspicem divinatorum munerum, afferes; quam tibi primum, Venerabilis Frater Noster, amantissime impertimus.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, ipso die sollemni Paschæ, anno MCMXIII, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. X.

réuniront en assemblée, à tous ceux que la Société de Saint-Vincent de Paul groupe comme associés ou assiste comme pauvres, à tous les hommes distingués, soit du clergé, soit du peuple chrétien, qui auront contribué de quelque façon à rehausser lesdites solennités. Cette Bénédiction, Nous vous l'accordons tout d'abord très affectueusement à vous-même, Vénérable Frère.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le jour même de la solennité de Pâques, l'an 1913, dixième de Notre Pontificat.

PIE X, PAPE.

[Bulletin de la Soc. de St-V. de Paul, mai 1913.]

# EPISTOLA

*ad V. E. Dominicum card. Ferrata, archipresbyterum  
Lateranensem, quem renuntiat ad legatum suum  
Conventum eucharisticum Melitensem.*

---

DILECTE FILI NOSTER, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Inter publicas illustrioresque significationes fidei quas hoc anno per sæcularia Constantiniana daturum est catholicum nomen, Conventus profecto, indictus de more ad promovendum sanctissimæ Eucharistiæ cultum, facile eminebit; cui quidem ipsa sollemnis commemoratio legitimæ vindicatæ libertatis Ecclesiæ lumen afferet, cujus libertatis præsens vivusque adest in sacramento augusto divinus conditor.

Ac locus hujus habendi cœtus apte admodum delectus est ocellus insularum, Melita; quæ, quum populo latissime imperioso pareat, onerariis æratisque, omnes mundi oras peragran-  
tibus, frequentari solet, quæque, quum in gremio Mediterranei

---

## LETTRE

*à S. Em. le cardinal Ferrata, archiprêtre du Latran,  
légal au Congrès eucharistique de Malte.*

---

NOTRE CHER FILS, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Parmi les manifestations de foi publiques les plus illustres que le monde catholique doit donner cette année à l'occasion du centenaire constantinien, le Congrès annoncé pour promouvoir, suivant l'usage, le culte de la très sainte Eucharistie tiendra assurément une des premières places. La commémoration d'une juste liberté rendue à l'Eglise lui donnera de l'éclat, car le divin Fondateur de cette liberté est là présent et vivant dans l'auguste sacrement.

Pour la réunion de ce Congrès, on a admirablement choisi Malte, cette perle des îles; placée sous la domination d'un peuple dont l'empire s'étend très loin, cette île est habituellement fréquentée par des vaisseaux qui parcourent toutes les plages de l'univers, et, comme elle se trouve au sein de la Méditerranée, elle tient le milieu de cet

maris exstet, medium ferme obtinet veteris orbis, cui Constantinus Magnus gloriam crucis Christi victor demonstravit.

Si nunquam igitur factum est, ut in celeberrimis Conventibus eucharisticis desideraretur qui Pontificis Maximi personam gereret, multo minus decet id fieri hoc anno in quem tam faustæ memoriæ incidit recordatio. Itaque visum est Nobis ad hoc munus te, dilecte Fili Noster, deligere, qui vel egregiis ornamentis animi et ingenii, vel gravissimis legationibus sancte nitideque gestis, vel etiam editis pietati fovendæ scriptionibus valde Nobis commendaris. Eo vel magis quod ea ipsa loca non ita pridem, missus item a Nobis, adivisti, ut sacerdotio Virginis Deiparæ simulacro quod Conspiciuæ colitur, auream coronam imponeres; ac meminimus, in mandato efficiendo, et quam cumulate Nobis satisfeceris, et quanta incolarum tibi studia conciliaris.

Quare ad Melitensem Conventum eucharisticum te mittimus, qui Nostro nomine ei præsideas, Legatumque Nostrum his te Litteris renuntiamus. Jam de prospero eventu rei, cum alacritas et sollertia eorum qui Conventui apparando præsent, tum fervor ac religio populi dubitare non sinit. Constat Melitenses,

ancien monde à qui Constantin le Grand a fait connaître la gloire de la croix du Christ.

S'il n'est jamais arrivé qu'on ait eu à regretter, dans les plus célèbres Congrès eucharistiques, l'absence de celui qui tenait la place du Souverain Pontife, il le faut encore moins cette année qui nous rappelle le souvenir d'une si heureuse date. C'est pourquoi, Notre cher Fils, nous avons jugé à propos de vous confier cette charge, vous que recommandaient si fortement à Notre choix soit les remarquables ornements de votre âme et de votre intelligence, soit les importantes légations que vous avez accomplies saintement et brillamment, soit encore vos écrits si bien faits pour réchauffer la piété. D'autant plus que, il n'y a pas encore bien longtemps, vous êtes déjà allé dans ces lieux mêmes, envoyé par Nous pour imposer une couronne d'or à la statue de la Vierge, Mère de Dieu, qui est honorée à Cospicua, et Nous Nous rappelons que, dans l'accomplissement de ce mandat, vous Nous avez rempli de satisfaction et que vous vous êtes concilié l'affection des habitants.

C'est pour cela que Nous vous envoyons au Congrès eucharistique, afin que vous y présidiez en Notre nom, et, par ces lettres, Nous vous désignons comme Notre légat. Déjà l'énergie et l'habileté de ceux qui dirigent les apprêts du Congrès, ainsi que la ferveur et la piété du peuple, ne permettent plus de douter du succès. Si les Maltais le cèdent



si qua in re, certe in professione et cultu catholicæ fidei nemini cedere. Hanc enim gentium Apostolus, quum a naufragio evasisset in insulam, liberali exceptus hospitio, eis attulit; hanc ipsam deinceps a majoribus traditam, in magna varietate fortunæ constantissime retinuerunt. Atque hujus fidei nullus locupletior testis, quam tu, dilectè Fili Noster, cui contigit eis quæ diximus sollemnibus Marianis non interesse solum, sed præesse. Quod si communis Melitensium pietas præclaros magnæ Dei Matri tunc honores habuit, quales quantique futuri sunt qui Christo ipsi Deo tribuentur, certantibus cum ardore incolarum advenis, qui undique, ut affertur, Melitam confluent? Fore igitur hunc Conventum et piorum celebritate et cærimoniarum splendore memorabilem affirmare jam nunc sine ulla dubitatione licet. Eundem verò futurum quod majus est, non modo popularibus, sed catholicis late gentibus feracem optimorum fructuum, quis neget, præsertim si huc in primis communia consulta spectarint, ut Nostris de divina Eucharistia præscriptionibus vulgo sit obtemperatio diligentior? Omnino nihil est quod ad communem salutem pluris intersit, quam ut caritatem immensam Jesu Domini cum altius usque cognoscant homines, tum studiosius redament, tum vero usurpent fructuo-

en quelque chose, ce n'est certes pas dans la profession ni dans le culte de la foi catholique. Cette foi, c'est l'Apôtre des nations qui la leur apporta lorsque, échappé au naufrage, il fut reçu si libéralement dans leur île; dans la suite, l'ayant reçue des anciens, ils l'ont constamment gardée, malgré toutes leurs vicissitudes. Et personne mieux que vous, Notre cher Fils, n'a été mieux à portée de la connaître, puisque non seulement vous avez assisté aux fêtes mariales, mais que vous les avez présidées. Si la piété commune à tous les Maltais a rendu de si grands honneurs à la Mère de Dieu, que seront ceux qui seront rendus au Christ Dieu lui-même, surtout quand les étrangers, qui, dit-on, afflueront à Malte de toutes parts, ne le céderont pas en ardeur aux habitants? On peut donc affirmer déjà sans crainte que ce Congrès sera inoubliable, tant par le concours des fidèles que par la splendeur des cérémonies. Qui osera nier que ce même Congrès apportera, ce qui vaut encore mieux, les meilleurs fruits de salut non seulement aux populations de l'île, mais encore à toutes les nations catholiques, surtout si, dans les délibérations communes, on a soin d'obtempérer à Nos prescriptions au sujet de la divine Eucharistie? Il n'y a rien qui profite plus au salut commun que de voir les hommes connaître plus profondément l'immense charité du Seigneur Jésus, lui rendre avec plus de soin amour pour amour et en retirer des fruits plus abondants. En

sus. Etenim humano generi, tanta vel malorum mole vel bonorum veri nominis inopia laboranti, unus Ille mederi aut opitulari potest, qui suapte natura bonus et dives est; Is autem nusquam tam promptus, quam sub mysticis Eucharistiæ latebris, adesse nobis voluit et ad medendum et ad opitulandum.

Auspiciem divinorum munerum ac testem singularis Nostræ benevolentiae, accipe, dilecte Fili Noster, apostolicam Benedictionem, quam tibi et omnibus qui Melitensem Conventum celebrabunt, amantissime impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die VIII mensis aprilis MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

effet, pour le genre humain qui souffre de tant de maux accumulés et qui est privé des véritables biens, lui seul, qui, par sa nature, est bon et riche, peut les guérir et les enrichir, et, nulle part mieux que sous les mystérieuses espèces eucharistiques, il n'a voulu se montrer si disposé à nous guérir et à nous enrichir.

Recevez, Notre cher Fils, comme gage des grâces divines et témoignage de Notre spéciale bienveillance, la Bénédiction apostolique que Nous vous accordons de tout Notre cœur, à vous et à tous ceux qui prendront part au Congrès de Malte.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 8 avril 1913, de Notre Pontificat la dixième année.

PIE X, PAPE.

[Eucharistie, 16 juin 1913.]

# EPISTOLA

*ad V. E. Franciscum Virgilium card. Dubillard, archiepiscopum Camberiensem, sacerdotale Fœdus « Pro Pontifice et Ecclesia », cujus ille conditor et moderator est, laudibus prosequens.*

---

DILECTE FILI NOSTER, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Laudari satis non potest illud « sacerdotum ex quavis natione Fœdus pro Pontifice et Ecclesia » quod te quum auctore coaluit, tum summo moderatore utitur, si quidem præclara ejus utilitas atque adeo opportunitas consideretur. Nam qui, instigante diabolo, vetus hodie propositum urgent impediendæ salutis æternæ, quam humano generi divinus Redemptor profuso sanguine comparavit, ii fere nihil agunt impensius, quam ut ab obsequio et fide Ecclesiæ et Romani Pontificis avertant homines: quippe intelligunt non ab eo Jesum Christum diligi, qui vel Sponsam

---

# LETTRE

*à S. Em. le card. François-Virgile Dubillard, archevêque de Chambéry, louant la Ligue sacerdotale « Pro Pontifice et Ecclesia », dont il est le fondateur et le directeur.*

---

NOTRE CHER-FILS, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

L'on ne peut assez louer la Ligue sacerdotale internationale *Pro Pontifice et Ecclesia* que vous avez fondée et dont vous êtes le directeur général, si l'on considère son insigne utilité et, en outre, son opportunité. En effet, ceux qui, à l'instigation du démon, poursuivent aujourd'hui encore avec ardeur l'antique dessein de faire obstacle au salut éternel que le divin Rédempteur a apporté au genre humain, au prix de tout son sang, ceux-là n'ont généralement rien de plus à cœur que de détourner les hommes de la foi et de la vénération envers l'Eglise et le Pontife romain. Ils savent bien que celui-là n'aime pas Jésus-Christ qui est indifférent vis-à-vis de son Epouse ou vis-à-vis de son

vel Vicarium negligat Christi. Atque ob eam causam malis improborum artibus obnoxius maxime est clerus, qui certe ab officio si discesserit, facile discessio populi consequatur. Contra igitur omnino est laborandum, ut qui sunt e sacro ordine, magis ac magis ita afficiantur erga Ecclesiam Ecclesiæque Caput, quemadmodum eos in primis decet, id est ut pientissimo studio et ipsi flagrent et alios inflammare cupiant.

Jam vero hujus ipsius rei gratia institutum esse videmus sacerdotale de quo loquimur Fœdus : cujus qui sunt participes, non ii quidem aliis tenentur officiis, nisi communibus sacerdotum ceterorum, sed tamen in eis servandis singularem quamdam diligentiam profitentur.

Illud autem Nobis pergratum est quod ante omnia sibi habent propositum præcepta et monita, quæcumque dederit Romanus Pontifex, et sequi volentibus animis et studiose inculcare aliis; item quod promittunt se ex omnibus catholicorum scriptionibus, quæ vel quotidie vel in dies certos vulgari solent, eas omni ope adiuturos, quæ causam Religionis aperte, duce Apostolica Sede, tueantur.

Quod vero hanc inopiam considerantes, in qua Vicarius Christi

Vicaire. Voilà pourquoi le clergé surtout est exposé aux perfides machinations des hommes pervers : par ce motif précisément que si le clergé s'écarte de son devoir, les fidèles facilement suivront son exemple. Et c'est pourquoi il faut travailler de toutes façons, afin que ceux qui sont dans les saints Ordres croissent de plus en plus en dévotion envers l'Eglise et envers son Chef. Il faut que par-dessus tout ils soient embrasés d'une très sainte ardeur pour cette cause et qu'ils la communiquent aux autres.

Or, c'est précisément dans ce but qu'a été instituée la Ligue dont Nous parlons. Ceux qui en font partie n'ont, en somme, pas d'autres devoirs que les devoirs communs aux autres prêtres, mais néanmoins ils font profession d'un plus grand zèle dans leur accomplissement.

Ce qui Nous est agréable, c'est qu'avant toutes choses ils prennent la résolution d'obéir généreusement à tous les ordres et directions du Pontife romain, quels qu'ils soient, et qu'ils promettent de s'employer avec zèle à les inculquer aux autres.

Il Nous est très agréable aussi que, en ce qui concerne les écrits des catholiques soit quotidiens, soit périodiques, ils s'engagent à soutenir de tout leur pouvoir ceux qui défendent ouvertement la cause de la religion, sous la direction du Siège apostolique.

Et de plus, à la vue de la pauvreté dans laquelle se trouve le

versatur, ad eam sublevandam non satis habent quotannis reservare aliquid, sed sponsione se obligant, peculiarem sane merentur cum a Nobis laudem tum mercedem a Deo.

Quapropter ut gratum his dilectis Filiis testaremur animum, simulque ut fructuosior evaderet eorum opera, de spirituali Ecclesiæ thesauro, cujus penes Nos est dispensatio, plura nuper, ut nosti, eis indulgendo tribuimus. Nunc scias Consilium universo Fœderi moderando ita compositum, ut significasti, Nobis probari a Nobisque ratum haberi.

Jam, quod reliquum est, Deum rogantes ut rei tam bene auspiciatæ faveat, cœlestium munerum auspiciem ac præcipuam benevolentiam Nostræ testem, apostolicam Benedictionem tibi, dilecte Fili Noster, et omnibus quotquot sunt et erunt de sacerdotali hoc Fœdere, amantissime impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die xxviii mensis aprilis MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

Vicaire du Christ, ils considèrent que ce n'est pas assez de la soulager chaque année, mais ils s'y obligent par vœu. En cela, ils méritent, assurément, et un spécial éloge de Nous et une spéciale récompense de Dieu.

Aussi, pour témoigner à ces chers Fils Notre reconnaissance et rendre en même temps leur œuvre plus fructueuse, Nous leur avons accordé récemment, comme vous savez, de nombreuses indulgences puisées au trésor spirituel de l'Eglise, dont Nous avons la dispensation.

De plus, Nous vous déclarons que Nous approuvons et confirmons la composition du Conseil directeur central de la Ligue, tel que vous Nous l'avez proposé.

Et maintenant, en priant Dieu de vouloir bien protéger une œuvre si bien commencée, comme gage des célestes faveurs et en témoignage de Notre spéciale bienveillance, Nous vous accordons de tout cœur, Notre cher Fils, la Bénédiction apostolique, ainsi qu'à tous ceux qui font ou feront partie de cette Ligue sacerdotale.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 28 avril 1913, de Notre Pontificat la dixième année.

PIE X, PAPE.

[Rome, 8 août 1913.]

# LITTERÆ APOSTOLICÆ

---

*Erectio provincie ecclesiasticæ Simlensis,  
in Indiis orientalibus.*

---

PIUS PP. X

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Quæ catholico nomini æternæque fidelium saluti bene prospere ac feliciter eveniant, ea ut mature præstemus, Nos admonet Supremi Apostolatus munus, quo in terris, licet immeriti, fungimur. Jamvero Nos ad incrementum religionis et majus animarum bonum in Indiis orientalibus procurandum, novam in amplissima illa regione archidiocesim Simlensem anno MDCCCCX creximus; designationem vero sedium ipsi suffraganearum differendam censuimus. Cum autem nunc expedire videatur ut nova ibidem ecclesiastica provincia erigatur, Nos, collatis consiliis cum VV. FF. NN. S. R. E. cardd. negotiis Propagandæ fidei præpositis, opportunas archidiocesi Simlensi suffraganeas sedes

---

*Érection de la province ecclésiastique de Simla,  
dans les Indes orientales.*

---

PIE X, PAPE

*Pour perpétuelle mémoire.*

Tout ce qui peut servir à l'heureuse extension du nom catholique et au salut éternel des fidèles, Nous avons hâte de l'entreprendre, même en cela par l'esprit de Notre charge, ce Souverain Pontificat dont, quoique indigne, Nous Nous trouvons investi. Déjà, pour aider au développement de la religion et procurer le bien des âmes dans les Indes orientales, Nous avons, en 1910, érigé dans ce vaste pays l'archidiocèse de Simla, remettant à plus tard de désigner les sièges suffragants. Maintenant, il nous semble expédient de compléter l'érection de cette nouvelle province ecclésiastique. En conséquence, après avoir pris conseil de Nos Vénérables Frères les cardinaux de la

adsignare censemus. Quæ quum ita sint, Motu proprio atque ex certa scientia et matura deliberatione Nostris deque apostolicæ Nostræ potestatis plenitudine, præsentium vi, perpetuumque in modum, novam in Indiis orientalibus provinciam ecclesiasticam constituimus; eandemque constare volumus ex archidiocesi Simlensi metropolitana, eique suffraganeis diocesi Lahorensi et apostolica præfectura de Kafiristan et Casshmiren.

Hæc vero statuimus, decernentes præsentis Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri atque obtinere, illisque ad quos pertinent nunc et in posterum plenissime suffragari. Sicque rite judicandum esse ac definiendum, irritumque et inane fieri si quidquam secus super his a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus Constitutionibus et Sanctionibus apostolicis cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Datum Romæ, apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die xxii maii MDCCCXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

R. card. MERRY DEL VAL,  
*a secretis Status.*

L. ✠ S.

Sainte Eglise Romaine membres de la S. Cong. de la Propagande, Nous avons résolu de désigner les sièges suffragants de l'archidiocèse de Simla. De Notre propre mouvement, de science certaine et après mûre délibération, dans la plénitude de Notre pouvoir apostolique, en vertu de ces Lettres et à perpétuité, Nous érigeons une nouvelle province apostolique dans les Indes orientales. Cette province sera constituée par l'archidiocèse de Simla, métropole, et par le diocèse de Lahore et la préfecture apostolique de Kafiristan et Casshmir, ses suffragants.

Voilà ce que nous décidons, décrétant que les présentes Lettres sont et seront toujours fermes, valides et efficaces; qu'elles sortiront et obtiendront leurs effets pleins et entiers; qu'elles seront une garantie absolue, en tout et sur toutes choses, pour ceux à qui elles s'adressent et s'adresseront dans la suite; qu'ainsi devra-t-il être jugé et défini désormais, et si quelqu'un, quelque autorité qu'il ait, essaye sciemment ou par ignorance de s'y opposer, que sa tentative soit tenue pour vaine et de nul effet. Nonobstant les Constitutions et Ordonnances apostoliques, et aussi toutes autres choses contraires.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, sous l'anneau du Pêcheur, le 22 mai 1913, de Notre Pontificat la dixième année.

R. card. MERRY DEL VAL,  
*secrétaire d'Etat.*

L. ✠ S.

[Rome, 8 août 1914.]

# LETTRE DE S. S. PIE X

à S. M. Guillaume II

EMPEREUR D'ALLEMAGNE, ROI DE PRUSSE

*à l'occasion du XXV<sup>e</sup> anniversaire de son avènement au trône*

SIRE,

L'échéance jubilaire de vingt-cinq années de règne glorieux est une occasion très propice d'offrir à Votre Majesté des félicitations et des vœux. Les Souverains et les Gouvernements de tous les pays tiennent à honneur de prendre part au concert unanime d'hommages que la piété filiale et l'admiration respectueuse de Vos peuples s'appêtent à faire retentir en solennelles acclamations.

Ce nous est une joie à Nous-même de Vous adresser par ce message, au milieu de l'allégresse universelle, Nos souhaits très ardents de longue vie, de gloire et de succès.

Nous prions le Seigneur, principe de toute puissance et de toute souveraineté, d'accorder santé et bonheur à Votre Majesté, paix et prospérité au vaste Empire qui Vous est redevable de tant de bienfaits.

En cette heureuse circonstance, il Nous est aussi agréable d'exprimer notre vive gratitude à Votre Majesté, désireuse d'assurer la félicité de Ses sujets catholiques, dont le dévouement très fidèle Lui est connu. Nous demandons en retour à Dieu que le spectacle émouvant de la tendresse de Vos peuples renouvelle la vigueur et la force de Votre cœur, afin que Vous portiez très longtemps encore le poids du sceptre et de la couronne pour le plus grand bien de la nation allemande.

En implorant la faveur céleste pour la conservation de Votre Auguste Personne Nous associons à Notre prière et à Nos vœux et Sa Majesté l'Impératrice et tous les membres de la Famille Impériale.

Du Vatican, le 5 juin 1913.

PIUS PP. X.



# CONSTITUTIO APOSTOLICA

*de novo ad Lateranum Seminario deque aliis Institutis  
in Urbe pro romano italoque clero.*

---

PIUS EPISCOPUS

*Servus servorum Dei.*

*Ad perpetuam rei memoriam.*

In præcipuis et maximis apostolici officii muneribus hoc Nos jam inde ab initio Pontificatus habuimus, studiose diligenterque curare, ut qui in sortem Domini vocati essent, ad tantum ministerium et virtutis et doctrinæ ornatu quam plenissime instruerentur. Cujus quidem Nostræ curæ illa sunt argumento : sacræ Seminariorum visitationes decretæ et pluribus jam locis peractæ; novæ, præsertim Italiæ Seminariis, leges datæ de disciplina ac pietate refovenda deque studiis ad tempora accommodandis; ædes,

---

# CONSTITUTION APOSTOLIQUE

*sur le nouveau Séminaire du Latran et sur les autres  
Institutions destinées, à Rome, au clergé romain et  
italien.*

---

PIE, ÉVÊQUE,

*Serviteur des serviteurs de Dieu.*

*Pour perpétuelle mémoire.*

Dès le commencement de Notre Pontificat, Nous avons considéré comme une des principales et des plus hautes fonctions de Notre ministère apostolique de pourvoir avec soin et avec zèle à ce que les jeunes gens appelés à l'héritage du Seigneur fussent préparés aussi parfaitement que possible à un si grand ministère, par le double ornement de la vertu et de la doctrine. Nous avons donné des preuves de ces sollicitudes : visite sacrée des Séminaires décrétée, et en plusieurs endroits déjà accomplie; nouvelles lois données — surtout aux Sémi-

item per Italiam maxime, adjuvantibus locorum Ordinariis, ab inchoato extractæ, ubi segregati a natu minoribus majores clerici plurium dicecesium, qui proximi sint sacerdotio, communiter sub delectis moderatoribus et magistris exquisitori quadam magisque sacro ordini congruenti ratione conformentur; ad hæc Sacro Consilio Consistoriali, cui Pontifex ipse Maximus præest, peculiaris Seminariorum demandata curatio, aliaque in hoc genere opportune constituta.

Consentaneum enimvero erat, ut hujus diligentiae studii que partem non postremam alma hæc Urbs Nostra sibi vindicaret, ubi inter plura omnium fere nationum ephebea, sacræ juventuti instituendæ providentissime condita, floret quoque a tempore SS. Concilio Tridentino proximo Seminarium Nostrum Romanum; et cum eo aliis temporibus erecta Seminaria Vaticanum, Pium, SS. Ambrosii et Caroli, nec non collegia Capranicense, Leonianum, et in Romano Seminario Cerasolium; ad quæ non modo ex Urbe sed ex tota ferme Italia alumni confluent, rite, inspectante Sede Apostolica, ad sacra instituendi.

Ac primum omnium, quum ex relationibus Nobis factis et ex

---

naires d'Italie — pour y raviver la discipline et la piété, et pour y adapter les études aux exigences des temps; édifices spécialement construits, surtout pour l'Italie encore, avec le concours des Ordinaires des lieux pour y réunir, séparés des séminaristes plus jeunes, les étudiants ecclésiastiques de plusieurs diocèses plus proches du sacerdoce, pour que, sous la conduite de directeurs et de maîtres d'élite, ils reçoivent ensemble une formation plus parfaite et qui convienne davantage à l'ordre sacré; haute direction des Séminaires confiée d'une façon spéciale à la S. Cong. Consistoriale, que le Souverain Pontife préside directement; d'autres mesures, enfin, adoptées en l'espèce, suivant les diverses opportunités.

Comme il est naturel, cette vénérable Cité, la Nôtre, ne pouvait être la dernière à ressentir les effets de Notre zèle et de Nos sollicitudes: parmi un certain nombre d'établissements de presque toutes les nations, fort sagement fondés pour l'éducation de la jeunesse cléricale, Notre Séminaire romain fleurit aussi depuis le temps qui suivit immédiatement le Concile de Trente, et, avec lui, érigés à d'autres époques, le Séminaire Vatican, le Séminaire Pie, le Séminaire des Saints-Ambroise et Charles, ainsi que le Collège Capranica, le Collège Léonien, et, dans le Séminaire Romain, le Collège Cerasoli; Séminaires et Collèges où affluent les étudiants ecclésiastiques, non seulement de Rome, mais de l'Italie presque entière, pour se former au saint ministère, sous la surveillance du Siège apostolique.

Mais les rapports qui Nous ont été faits et les avis compétents que

peritorum consultatione cognovimus ædes quas Seminarium Romanum una cum Pio ad Sancti Apollinaris inhabitat necessitatibus pares non esse, eisque carere commoditatibus rerum quæ ad tuendam adolescentium valetudinem requiruntur, de nova sede comparanda res esse videbatur. Ergo cum cogitarem de idoneo ad ædificandum loco, menti Nobis occurrit antiquissima illa ac omnium celeberrima schola quæ in Patriarchio Lateranensi primitus instituta et dein aucta firmissime constabilita, sanctorum ferme Seminarium fuit ac tot tantosque Dei sacerdotes per sæcula Ecclesiæ donavit : quam ob rem in solo privato Sedis Apostolicæ ad Archibasiliam Lateranensem ampliorem commodioremque domum Seminario Nostro a fundamentis excitari jussimus, non sine spe vetustas Cleri Romani glorias, Deo favente, revocandi.

Hisce autem ædibus ingenti molitione exstructis, opus esse videbatur efficere, ut ipsum Seminarium Romanum et alia, quæ diximus, pro italis clericis urbana Seminaria et Collegia mutatis temporum conditionibus jam aptius congruerent.

Quare nonnullos S. R. E. cardinales in Consilium adhibuimus,

nous avons recueillis Nous ont convaincu, que les locaux habités par le Séminaire Romain ainsi que par le Séminaire Pie, près de Saint-Apollinaire, ne répondaient pas aux exigences normales, et qu'ils manquaient d'un certain genre de confort requis pour sauvegarder la santé des jeunes gens; il Nous a donc paru qu'il fallait tout d'abord leur procurer une autre habitation. Comme Nous songions à l'emplacement qui conviendrait à ces constructions, Nous est venu à l'esprit le souvenir de l'antique école — la plus célèbre de toutes — qui, instituée primitivement dans le « patriarchium » du Latran, puis agrandie et plus solidement constituée, fut, en quelque sorte, un Séminaire de saints, et qui donna à l'Eglise, au cours des siècles, des prêtres de Dieu en si grand nombre et si influents : c'est pourquoi Nous avons choisi le terrain que le Siège apostolique possède auprès de l'archibasilique du Latran, pour y faire construire une demeure plus vaste et plus commode pour Notre Séminaire, non sans l'espérance d'y voir revivre, avec la protection de Dieu, les antiques gloires du clergé romain.

Ce vaste édifice élevé, il a semblé nécessaire d'accommoder plus parfaitement aux nouvelles conditions des temps le Séminaire Romain lui-même, et les autres Séminaires et Collèges que Nous avons mentionnés, et qui sont destinés, à Rome, aux séminaristes italiens.

Dans cette vue, Nous avons fait appel à une Commission de cardi-

qui omnia diligenter considerarent, ac Nobis quæ sibi visa essent opportuniora proponerent. Itaque ipsorum Nos consulto atque ex matura deliberatione Nostra hæc statuimus et jubemus :

I. — Seminarium Romanum duplex esto, minus et majus.

II. — Seminarium minus eos habeat alumnos qui studiis litterarum in *gymnasio* dent operam; idem locum sedemque Seminarium Vaticanum occupet. — Ita Seminarium a claræ memoriæ Pontifice Maximo Urbano VIII in cultum venerandæ S. Petri Basilicæ erectum atque ab aliis decessoribus Nostris munifice amplificatum, nunc, salvo ejus fine naturaque incolumi, Seminarium Romani honorem nanciscitur.

III. — Seminarium majus alumnos philosophiæ ac theologiæ studiis deditos complectatur; sedem vero in novis apud Archibasilicam Lateranensem ædibus habeat.

IV. — In ædes easdem Seminarium Pium, a decessore Nostro sanctæ memoriæ Pio IX conditum, transferimus, salvis pariter, quod ad finem ejus naturamque pertinet, legibus conditoris.

V. — Ibidem sit SS. Ambrosii et Caroli Collegium, quod Seminario Romano adjungimus.

naux; Nous les avons chargés d'étudier la question sous toutes ses faces et de Nous communiquer ensuite les conclusions qu'ils auraient jugées les plus convenables. Ayant donc reçu leur avis, et y ayant mûrement réfléchi Nous-même, Nous avons décidé et Nous ordonnons ce qui suit :

I. — Le Séminaire Romain se dédoublera en Grand et Petit Séminaire.

II. — Le Petit Séminaire recevra les élèves qui étudient les lettres dans le gymnase; il occupera les locaux du Séminaire Vatican. Ainsi, cet illustre Séminaire, érigé par le Souverain Pontife Urbain VIII pour les besoins du culte dans la vénérable basilique de Saint-Pierre, et agrandi par la munificence de Nos autres prédécesseurs, est élevé maintenant — sa fin étant sauve et sa nature inaltérée — à la dignité de Séminaire Romain.

III. — Le Grand Séminaire comprendra les étudiants de philosophie et de théologie; il s'établira dans le nouvel édifice auprès de l'archibasilique du Latran.

IV. — Nous transférons dans ce même édifice le Séminaire Pie fondé par Notre prédécesseur, de sainte mémoire, Pie IX, en respectant ici encore les lois que lui a assignées son fondateur, pour ce qui regarde la fin et la nature de l'institution.

V. — Nous y transférons aussi le Collège des Saints-Ambroise et Charles, que nous adjoignons au Séminaire Romain.

VI. — In Collegium Leonianum posthac ne recipiantur nisi sacerdotio jam initiati, qui, studiorum et amplioris eruditionis causa, sui quisque Episcopi permissu, Romam se contulerint.

VII. — Facultates philosophiæ ac theologiæ, ut in Seminario Romano sunt a Pontificibus Maximis constitutæ, ita in Seminario majori ad Lateranum perseverent.

VIII. — Facultas vero disciplinæ juris, quæ item in Seminario Romano usque adhuc fuit, jam nunc cum suis alumniis apud Collegium Leonianum sit : ea tamen a Seminario Romano avulsa ne habeatur, sed semper in ipsius Seminarii scholis numeretur.

IX. — Academia theologica, olim in magno lyceo *Sapientiæ* instituta, in ædibus ad S. Apollinaris, quas Consistoriali decreto diei xxv januarii MCMXI pio operi cessimus pridem erecto in religiosa domo a SSma Trinitate penes Curiam Innocentianam, perpetuo maneat.

X. — Legitimo studiorum curriculo in Urbe ad sacerdotium tendere, jam nemini ex Italia liceat, nisi vel in Lateranensi vel in Vaticano Seminario commoretur. Hac tamen lege ne ii teneantur, qui ad Evangelium infidelibus prædicandum sese in

VI. — Le Séminaire Léonien ne recevra dorénavant que des ecclésiastiques déjà revêtus du sacerdoce qui se seront rendus à Rome, avec la permission de leur évêque, pour y compléter leurs études et acquérir une science plus étendue.

VII. — Les Facultés de philosophie et de théologie resteront établies dans le Séminaire du Latran, telles qu'elles ont été constituées dans le Séminaire Romain par les Souverains Pontifes.

VIII. — La Faculté de droit, qui se trouvait pareillement jusqu'ici au Séminaire Romain, s'établira maintenant, avec ses étudiants, au Collège Léonien ; elle ne sera pas toutefois considérée comme séparée du Séminaire Romain, mais elle continuera à compter parmi les cours de ce Séminaire.

IX. — L'Académie de théologie, instituée autrefois dans le grand lycée de « la Sapience », gardera définitivement son siège dans les locaux attenants à Saint-Apollinaire, que par un décret de la S. Cong. Consistoriale, daté du 25 janvier 1911, Nous avons cédés à une pieuse institution précédemment érigée dans une maison religieuse dite de la Très-Sainte-Trinité, près de la Curie Innocentienne.

X. — Aucun étudiant ecclésiastique italien ne pourra suivre à Rome le cours régulier des études préparatoires au sacerdoce, en dehors du Séminaire du Latran et du Séminaire Vatican. Cette loi ne concerne pas toutefois les jeunes clercs qui, se destinant aux missions, voudraient s'y préparer dans leurs Collèges respectifs, ni ceux qui trou-

propriis Urbis collegiis parare velint; neu quibus in Collegio Capranicensi, ex primigenio ejus instituto, locus pateat.

Quod reliquum est, de hac exsequenda Constitutione Nostra peculiare præscriptiones mox edituri sumus; quas quidem sancte inviolateque, ut ea quæ his litteris constituimus, ab omnibus servari volumus.

Jam vero divitem in misericordia Deum imploramus, ut super hanc domum, quam quasi alterum Patriarchium magnis impendiis excitavimus, oculi ejus aperti sint die ac nocte; opus a Nobis singulari studio ad ejus gloriam pro animarum salute susceptum, perficiat Ipse et confirmet; alumnisque sacri ordinis, Apostolorum principum et utriusque Joannis patrocinio commendatis, benignus adsit, ut sacerdotes evadant integræ fidei, actuosæ caritatis, probe doctrinis exculi, solide humilitate constituti, quales Ecclesia sancta omnibus sibi precibus et votis exposcit.

Hæc autem statuimus et sancimus, decernentes has Nostras litteras firmas et efficaces esse ac fore, contrariis quibusvis, etiam peculiari mentione dignis, non obstantibus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die xxix junii, natali SS. Apo-

veront place au Collège Capranica, suivant la règle primitive de cette institution.

Au surplus, Nous publierons prochainement les prescriptions particulières pour l'exécution de la présente Constitution, prescriptions que Nous entendons être observées par tous comme celles que Nous venons d'établir ici.

Mais, dès maintenant, Nous implorons Dieu, riche en miséricorde, pour cette maison, que, sans rien épargner, Nous avons fait construire pour être comme un nouveau « patriarchium »; que sur elle ses yeux restent ouverts le jour et la nuit; qu'il achève lui-même et qu'il affermisce cet ouvrage, que Nous avons entrepris avec un soin si spécial pour sa gloire en vue du salut des âmes; qu'il daigne s'approcher, en sa bonté, des élèves du sanctuaire placé sous le patronage des princes des apôtres et de l'un et l'autre Jean, afin qu'ils deviennent des prêtres d'une foi intègre, d'une charité agissante, sérieusement cultivés dans les sciences sacrées, solidement constitués dans l'humilité, tels que la sainte Eglise en demande par toutes ses prières et par tous ses vœux.

Telles sont Nos décisions et Nos volontés; et Nous décrétons que la présente Constitution doit avoir et aura son plein effet, nonobstant tout document contraire, même appuyé de titres spéciaux.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 29 juin, fête des saints Apôtres

stolorum Petri et Pauli, anno Incarnationis Dominicæ MCMXIII,  
Pontificatus Nostri decimo.

G. card. DE LAI,  
*secretarius S. C. Consistorialis.*

A. card. AGLIARDI,  
*S. R. E. cancellarius.*

Loco ✠ Plumbi.

VISA  
M. RIGGI, *C. A. not.*

*Reg. in Canc. Apost., n. 43/13.*

Pierre et Paul, l'année de l'Incarnation du Seigneur 1913, de Notre  
Pontificat la dixième.

G. card. de LAI,  
*secrétaire de la S. C. Consistoriale.*

A. card. AGLIARDI,  
*chancelier de la S. E. R.*

L. ✠ P.

VU :  
M. RIGGI, *not. de la G. A.*

*Reg. in Canc. Apost., n. 43/13.*

[Rome, 8 sept. 1913.]

# EPISTOLA

*ad R. P. Eduardum Hugon, sacerdotem ex Ordine Prædicatorum, in pontificio Collegio Angelico doctorem dec. theologiæ tradendæ, ejus « Cursum philosophiæ thomisticæ » laudibus prosequens.*

---

DILECTE FILI, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Aquinatis disciplinam sicubi summo in honore studioque esse decet, profecto decet apud eam religiosorum Familiam cujus ille proprium lumen atque ornamentum fuit. Et vere inter sodales ex inclyto Ordine Dominiciano Nostra quoque memoria nec pauci neque obscuri numerantur, qui tantum Doctorem, nunquam senescentem, secuti, christiana dogmata et instituta splendide illustrare pergant invicteque defendere.

In hoc numero te, dilecte Fili, non postremum haberi tuus postulat *Cursus Philosophiæ Thomisticæ*, quem Nos nuper a te, pie oblatum muneri, accepimus. Nota sunt enim hominum in

---

## LETTRE

*au R. P. Édouard Hugon, O. P., professeur de théologie au Collège pontifical Angélique, louant son « Cours de philosophie thomiste ».*

---

CHER FILS, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Si la doctrine de saint Thomas doit être quelque part tenue en souverain honneur et cultivée avec amour, c'est assurément dans cette Famille de religieux dont il fut la lumière et l'ornement. Et, en effet, parmi les membres de l'Ordre célèbre de Saint-Dominique, Notre souvenir se plaît à compter encore des hommes nombreux et non des moins connus qui, toujours fidèles au grand Docteur qui ne vieillit jamais, continuent à illustrer splendidement les institutions et les dogmes chrétiens et à les défendre victorieusement.

Que dans ce nombre vous ne soyez pas le dernier, cher Fils, c'est ce que Nous prouve votre *Cours de Philosophie Thomiste* que vous Nous avez offert récemment comme pieux hommage. On connaît les juge-



philosophia prudentissimorum de te judicia, efferentium in tuis voluminibus et sinceram sancti Thomæ doctrinam et copiam compositionemque rerum et scribendi perspicuitatem; qui tibi hoc præsertim dant laudi, quod vetera principia Scholæ ad novos philosophiæ vel illuminandos progressus vel refutandos errores sapienter adhibeas.

Quare Nos tibi quidem ob exhibitos, observantiæ causa, laborum tuorum fructus gratias agimus; sed multo magis ob salutarem operam quam ipse navas sacræ juventuti. Nam, quod pluries jam affirmavimus, nihil ad utilitatem Ecclesiæ tam interest, quam ut gravioribus adolescentis cleri studiis Angelici Doctoris sapientia præsideat; idque in sacrorum alumniis, qui te sive magistro sive auctore utuntur, feliciter fieri gaudemus.

Auspicem vero divinorum munerum ac testem paternæ Benevolentiae Nostræ, tibi, dilecte Fili, apostolicam benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die xvi mensis julii MCMXIII, Pontificatus Nostri anno decimo.

PIUS PP. X.

ments portés sur vous par les hommes versés en philosophie et qui louent dans vos volumes la pure doctrine de saint Thomas, la richesse et l'ordre des matières et la limpidité de l'exposition; ils vous félicitent particulièrement de ce que vous employez sagement les anciens principes de l'École à éclairer les nouveaux progrès de la philosophie et à en réfuter les erreurs.

C'est pourquoi Nous vous rendons grâces pour les fruits de vos labeurs, dont vous Nous avez fait hommage, mais surtout pour l'œuvre salutaire que vous exercez vous-même auprès de la jeunesse du sanctuaire. Ainsi que Nous vous l'avons affirmé bien des fois, il n'y a rien de plus utile à l'Église que de faire présider la sagesse du Docteur angélique aux études supérieures du jeune clergé, et Nous Nous réjouissons de voir que vous remplissez heureusement cette mission parmi les étudiants des sciences sacrées qui vous suivent ou comme professeur ou comme auteur.

Comme gage des faveurs divines et comme témoignage de Notre paternelle bienveillance, Nous vous accordons, cher Fils, très affectueusement, la Bénédiction apostolique.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 16 juillet 1913, de Notre Pontificat la dixième année.

PIE X, PAPE.

# EPISTOLA

*ad RR. PP. DD. archiepiscopos et episcopos quibus  
utitur patronis catholica studiorum Universitas Ande-  
gavensis, ob litteras, venerationis et obsequii plenas,  
Beatissimo Patri exhibitas.*

---

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Officiosissimis litteris, quas, Andegavum more vestro coeuntes, die 1 mensis julii ad Nos communi consilio dedistis, non modice recreati sumus : plures enim afferebatis solacii causas, quare assiduæ, quibus angimur, curæ aliquantulum quiescerent. Quod enim, uti scribitis, Athenæi Andegavensis doctores religiose aperiant, alumni diligenter percipiant puram et integram catholicæ Ecclesiæ doctrinam, singulari id Nos afficit lætitia; quod vero, Litteris Nostris *Pascendi* ex animo adhærentes, *Modernismum* perinde habeant ac si ignorarent, id ita Nos erigit ac solatur, ut facere non possimus quin et vobis vehementer gratulemur,

---

## LETTRE

*aux archevêques et évêques protecteurs de l'Université  
catholique d'Angers, à l'occasion de leur lettre collec-  
tive au Saint-Père.*

---

VÉNÉRABLES FRÈRES, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

La lettre collective qu'avec le plus grand empressement vous Nous avez, le 1<sup>er</sup> juillet dernier, adressée d'Angers, à l'occasion de votre réunion annuelle en cette ville, n'a pas été pour Nous un médiocre réconfort. Vous Nous y apportiez, en effet, plusieurs motifs de consolation, bien propres à donner quelque relâche à Nos angoisses et à Nos inquiétudes.

Qu'à l'Université d'Angers, ainsi que vous Nous l'écriviez, la doctrine de l'Eglise catholique soit religieusement exposée par les maîtres, fidèlement acceptée par les élèves, sans aucun mélange ni amoindrissement, cette pensée Nous comble d'une joie singulière. Qu'ils donnent à Notre Encyclique *Pascendi* une cordiale adhésion; qu'ils ne fassent

et magistros auditoresque publico laudis testimonio honestemus : immo etiam placet mandare vobis, ut Nostris verbis eos certiores faciatis non tam a communi fidelium Patre laudari quam diligere.

Sed alia quoque occurrunt cur sedulam sollertemque operam vestram admiremur. Curastis enim ut disciplinæ, quæ ab Athenæi exordio tradi coeptæ sunt, non modo constarent ac flourerent, sed etiam numero augerentur earum accessione quæ tum ad rei rusticæ et agriculturionis scientiam, tum ad commercii jura legesque pertinent : quod quidem haud sane parvo verti debet vobis honori hoc tempore, cum cernimus disciplinas alibi non tradi novas sed jam institutas abrogari.

Nec præterire silentio possumus, quot quantaque in dioceses vestras effluerint commoda ex isto illustri litterarum optimarumque artium domicilio. Siquidem christiano sensu doctrinæque apparatissimi ex eo prodierunt tum ludimagistri, quibus Collegia vestra omnia et nonnulla clericorum Seminaria doctribus utuntur; tum viri juris periti qui passim in foro causas diligenter religioseque agunt; tum denique alii permulti, qui rem catholicam popularem fortiter magnoque animo apud vos

pas plus de cas du modernisme que s'ils l'ignoraient, cette assurance relève tellement Notre courage, Nous apporte tellement de consolation, qu'il ne Nous est pas possible de ne pas vous adresser Nos félicitations les plus vives, et de ne pas honorer professeurs et auditeurs du témoignage public de Nos éloges. Nous avons même grand plaisir à vous mander de leur faire savoir en Notre nom qu'à leur égard les éloges du Père commun des fidèles n'égalent pas sa particulière affection.

D'autres raisons se présentent à Nous d'admirer votre zèle persévérant et industriel. Dévoués à tous les enseignements que donna votre Université dès son origine, non seulement vous en avez assuré le maintien et la prospérité, mais vous en avez encore augmenté le nombre, en joignant à vos Facultés des Ecoles d'agriculture et de commerce. Cet accroissement ne vous fait pas peu d'honneur, au moment où Nous voyons ailleurs non l'érection de chaires nouvelles, mais la suppression de plus d'une ancienne.

Nous ne pouvons pas passer sous silence les nombreux, les considérables avantages qu'a répandus sur vos diocèses votre Université, cette illustre demeure des belles-lettres et des beaux-arts. D'elle, en effet, sont sortis, abondamment pourvus du sens chrétien, de la doctrine chrétienne, et des professeurs pour tous vos collèges, pour nombre de Séminaires, et des jurisconsultes, des avocats, dont la parole à la barre des tribunaux fait honneur à leur dévouement et à leur foi, et beaucoup d'autres chrétiens dont le courage et la magnanimité soutiennent chez vous la cause catholique et lui procurent parmi le peuple un bel

provehunt. Factum ita est, ut ex Andegavensi studiorum Universitate vis et efficacia omnis eorum pendeat Institutorum quæ ad tuendam juvenum pietatem probitatemque excitata utilissime sunt in istis regionibus, quarum laus præcipua est, traditam a majoribus fidem et pietatis cultum, præ aliis, firmiter acriterque retinuisse.

Verum ex eadem vestra comperimus epistula, Athenæo tam nobili tamque fructuoso reditus nec tantos esse qui sufficiant, nec pecuniam conferri satis, ut ejus perpetuitati vitæ provisum dici possit. Dolendum profecto est, ejus inopiæ, quantum velint, mederi non posse occidentalis Galliæ catholicos, cum debeant tot aliis occurrere incommodis largitate sua. Quamquam, æquis Andegavenses doctores non jure miretur? Ii enim, talem ne sinerent christianæ sapientiæ palæstram interire, tantuli se docere professi sunt quantuli vix credibile est, et, novo ad hunc diem exemplo, se prædes libenter obstrinxerunt suaque se pecunia respondere non dubitarunt.

Itaque cum Apostolici Officii conscientia moneamur Athenæi vestri firmitati quoquo modo prospicere, ne, maximo cum religionis detrimento, in extremum discrimen deveniat, volumus

avancement. En conséquence, de l'Université d'Angers dépend toute la force, dépend toute l'influence de ces autres Instituts si utilement fondés pour protéger la piété et l'honnêteté de la jeunesse dans vos régions, dont la principale gloire est d'avoir, avec plus de fermeté et d'énergie que beaucoup d'autres, su conserver la foi et la piété léguées par les ancêtres.

Mais votre lettre Nous fait aussi voir très clairement que votre Université, si renommée et si riche en fruits, ne trouve cependant ni dans ses fondations ni dans ses quêtes les revenus suffisants pour qu'on puisse dire son avenir assuré. Il est certainement regrettable qu'à ce manque de ressources ne puissent remédier, comme ils le voudraient, les catholiques de l'ouest de la France, obligés qu'ils sont de partager entre tant d'œuvres nécessaires les bienfaits de leurs largesses. Et, cependant, qui donc refuserait une juste admiration à ces professeurs d'Angers qui, plutôt que de laisser périr une pareille Ecole de sagesse chrétienne, ont déclaré se contenter de traitements dont la modicité est à peine croyable, et qui, par un désintéressement sans exemple jusqu'à ce jour, ont volontiers fourni des garanties nécessaires, sans crainte d'engager leur responsabilité personnelle?

C'est pourquoi, comme les obligations de Notre charge apostolique Nous le demandent, désirant pourvoir de quelque façon à la durée de votre Université et ne pas la laisser, pour le plus grand détriment de

id tandem aliquando perficere, quod decessor Noster fel. rec. Leo XIII, Litteris ad archiepiscopum Rhedonensem datis die xxx mensis septembris MDCCCXCIII, sibi proposuerat opportuniore tempore perficiendum. Iteratis igitur precibus vestris obsecundantes, eo quod vetat omnino necessitas rem ultra differri, vobis concedimus dioceses tres e Britannia minore, Venetensem, Corisopitensem et Briocensem, jam nunc vestris ita accenseri, ut immunes onerum, quæ pro Athenæo catholico Parisiensi suscepta hactenus sustulerunt, in posterum, Metropolitanam Rhedonensem imitatae vobiscum, ad Andegavensem studiorum Universitatem sustentandam, opem operamque conferant. Quæ in re, eo potissime spectamus ut et in Instituto vobis carissimo nonnihil adjumenti impertiamus, et gratum animum Nostrum vobis iisque cunctis significemus, qui, ejus causa, nullis laboribus sumptibusve pepercerunt.

Minime quidem diffitemur, futurum, ut ex hac rerum mutatione aliquid detrimenti Athenæum Parisiense in præsentia capiat. Verum quidnam e catholicis Galliae sperare non liceat? Eos igitur impensissime cohortamur, velint tam large liberaliterque Parisiensi Instituto subvenire, ut ne ullam quidem jac-

---

la religion, courir les derniers périls, Nous voulons accomplir enfin ce dont Notre prédécesseur d'heureuse mémoire Léon XIII, dans une lettre du 30 septembre 1893 adressée à l'archevêque de Rennes, avait remis l'accomplissement à un moment plus opportun. Cédant donc à vos suppliques réitérées et à une absolue nécessité qui ne permet plus aucun délai, Nous vous accordons dès maintenant l'annexion de trois diocèses de la petite Bretagne, ceux de Vannes, de Quimper et de Saint-Brieuc, en de telles conditions que, exemptés de toutes les charges qu'ils ont assumées jusqu'à ce jour en faveur de l'Institut catholique de Paris, ils devront, à l'exemple de leur métropolitain et de concert avec vous, apporter désormais leur assistance et leur secours au maintien de l'Université d'Angers. Notre décision a pour but principal d'accorder à l'Institut qui vous est très cher Notre part de concours et de vous bien marquer Notre satisfaction à vous et à tous ceux qui pour cette œuvre n'ont épargné ni leur labeur ni leur fortune.

D'ailleurs, Nous ne disconvenons pas que ce changement apporté à l'ancien état de choses ne doive présentement causer quelque détirement à l'Institut catholique de Paris. Mais que ne peut-on espérer des catholiques de France? Aussi Nous les exhortons avec les plus grandes instances à bien vouloir diriger vers l'Institut catholique de Paris une part de leurs largesses et de leurs libéralités, de façon que bientôt ce dommage momentanée ne laisse plus la moindre trace. Qu'ils sachent

turam eidem obtigisse appareat. Quod si fecerint et rem Nobis pergratam facturos se sciant et, eo quoque nomine, de Ecclesia ac de communi salute esse optime merituros.

Quod reliquum est, divinæ remunerationis auspicem paternæque benevolentiae Nostræ testem, vobis, Veherabiles Fratres, et clero populoque vestro apostolicam Benedictionem amantissime impertimus.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, die xv mensis augusti, anno MCMXIII, Pontificatus Nostri undecimo.

PIUS PP. X.

---

bien que ces générosités de leur part Nous seront extrêmement agréables et leur vaudront en même temps l'honneur de bien mériter de l'Eglise et du salut public.

Comme gage de la récompense divine, et aussi en témoignage de Notre bienveillance paternelle, Nous vous accordons avec la plus vive affection, à vous, Vénérables Frères, à votre clergé et à votre peuple, la Bénédiction apostolique.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 15 du mois d'août de l'année 1913, de Notre Pontificat la onzième.

PIE X, PAPE.

[Traduction communiquée par l'Université catholique d'Angers.]

# EPISTOLA

*ad RR. PP. DD. Joannem, archiepiscopum S. Jacobi de Chile, ceterosque episcopos Reipublicæ Chilensis, qui, communibus ad Beatissimum Patrem datis litteris injurias internuntio apostolico apud se illatas conquesti, suum et suorum populorum in Sedem Apostolicam obsequium studiumque confirmarant.*

---

VENERABILES FRATRES, SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Indignitates rerum, quas vos in urbe istius Reipublicæ principe nuper factas communibus ad Nos litteris deploratis, cum optimum quemque affecerunt ægritudine, tum maxime Nos, ut facile intelligitis; eo etiam quia præter omnem expectationem Nostram illa acciderunt. Magna erat et est Nobis opinio de religione et pietate Chilensium civium, magna de civili eorumdem cultu atque humanitate; quam ob rem venire Nobis non poterat in suspicionem fore ex eis ullos; qui et religionem et humani-

---

## LETTRE

*à Mgr Gonzalès, archevêque de Santiago, et aux autres évêques du Chili, à l'occasion de leur lettre collective au Saint-Père sur les outrages subis par l'internonce apostolique au Chili.*

---

VÉNÉRABLES FRÈRES, SALUT ET BÉNÉDICTION APOSTOLIQUE.

Vous déplorez, dans votre lettre collective, les indignités commises récemment dans la capitale de la République du Chili; vous comprenez facilement qu'elles ont affligé tous les hommes de cœur et Nous en particulier; d'autant plus que Nous n'avions aucune raison de Nous y attendre. Nous avons et Nous avons encore en grande estime la religion et la piété des Chiliens, leur civilité et leur humanité; c'est pour cela que Nous ne pouvions Nous douter que parmi eux il y aurait des hommes qui violeraient à ce point la religion et l'humanité à l'égard

tatem in viro honestissimo tam atrociter violarent. Etsi enim injuriæ et contumeliæ, quas internuntius Noster pertulit, jactæ in ipsum sunt per eam causam quod non recte aut fideliter suas partes egisset, re tam vera ad Pontificem Romanum, cujus ille personam gereret, atque ad hanc Apostolicam Sedem, cujus interpretes esset, easdem spectasse, nemini jam licet infitiri. Aperte id infesti clamores loquebantur concitata plebis, cum illa quidem res christiano cuivis summe venerandas improbisime ludificaret.

Sed enim tantum aberat, ut internuntius quicquam admississet reprehensione dignum, ut qui rebus Chilensibus præsunt, eum sibi valde probari testati essent, quod bonam atque utilem operam navasset Reipublicæ: Quod si non sua eum innocentia, certe tueri dignitas debuit: sancta enim jure gentium est legatorum auctoritas, neque impune lædi solet, nisi ubi silent jura, solaque ratio habetur opum ac virium. Ita Chilensi nomini, quod in omni genere urbanitatis et culturæ præclarum semper fuit, paucorum protervitas non exiguam dedecoris maculam aspersit.

Ac Nos eo gravius tulimus indigna facinora, quod eorum actores fere fuerunt adolescentes incauti, qui publica lycea

---

d'un personnage très honorable. Bien que les injures et les outrages que Notre internonce a soufferts lui aient été lancés parce qu'il n'aurait pas régulièrement et fidèlement rempli son rôle, il n'est permis à personne de nier qu'elles s'adressent en réalité au Pontife Romain, dont il représentait la personne, et au Siège apostolique, dont il était l'interprète. Les clameurs hostiles du peuple excité le disaient ouvertement, puisqu'il se moquait très méchamment des choses les plus vénérables pour un chrétien.

Mais il s'en fallait de beaucoup que l'internonce eût commis un acte digne de blâme, puisque ceux qui président aux affaires du Chili ont affirmé qu'ils l'avaient fortement approuvé, car il avait accompli avec zèle une œuvre bonne et utile à la République. Eût-il été coupable, du moins sa dignité devait le protéger: l'autorité des légats est consacrée par le droit des gens, et, avant de la mépriser impudemment, il faut d'ordinaire ne plus reconnaître aucun droit, ne croire plus qu'à la puissance et à la force. Ainsi l'insolence d'un petit nombre a gravement souillé et déshonoré le nom chilien, qui a toujours été remarquable dans tout ce qui touche à la politesse et à la distinction.

Mais Nous avons supporté ces actes indignes avec d'autant plus de peine, qu'ils ont été accomplis par des jeunes gens téméraires qui fré-



etiamtum celebrarent, auctores autem suasoresque homines fidei catholicæ penitus infensi, qui ad exterminandum e Chilensi solo legatum apostolicum advocatam haberent juvenilem temeritatem. Atqui illuc demum pertinet hujusmodi legatio, ut quæ inter istam Rempubliam et Apostolicam Sedem auspicato intercedit necessitudo, ingenti quidem cum salutis communis fructu, ea sit usque conjunctior; ac veritatis, justitiæ caritatisque principia, quibus pax et prosperitas civitatis nititur, incolumi religione, salva consistent.

Jamvero tempestivum Nobis solatium vestræ illæ litteræ attulerunt quæ et animos vestros ægritudinis hujus participes Nos trique studiosissimos declarabant, et civium ex omnibus ordinibus indignationem de illa immanitate et injuria, itemque publicæ in Nos observantiæ significationes confirmabant. In quo præsertim gaudemus Reipublicæ istius tum excellentissimum Præsidentem, tum perillustrem administrum a Negotiis Exteris adeo se generose in hac causa gessisse, ut æquitati simul et honori patriæ optime inservierint; quibus etiam per vos maxime cupimus testari gratiam quam habemus.

Quod autem addebatis velle vos ad Chilenses cives universos,

quentent encore maintenant les lycées publics, et que les instigateurs et les conseillers se sont montrés tout à fait hostiles à la foi catholique : ils se sont servis de l'étourderie de la jeunesse pour chasser le légat apostolique du sol chilien. Or, cette légation a précisément pour but de resserrer toujours davantage le lien qui existe heureusement entre cette République et le Siège apostolique pour le plus grand fruit de salut commun, afin que les principes de vérité, de justice et de charité sur lesquels s'appuient la paix et la prospérité de l'État demeurent saufs.

Mais votre lettre Nous a apporté déjà une consolation opportune, puisqu'elle Nous a montré que vos âmes prenaient part à cette peine, que vous Nous demeuriez très attachés et qu'elle Nous a confirmé l'indignation de tous les ordres de citoyens pour cette grossièreté et cette injure et leurs témoignages de respect envers Notre personne. Nous Nous réjouissons surtout que le très excellent président de la République ainsi que le très illustre ministre des Affaires étrangères aient agi si généreusement dans cette affaire, en s'occupant très bien en même temps de l'équité et de l'honneur de la patrie; Nous désirons que vous leur attestiez vous-mêmes la reconnaissance que Nous avons pour eux.

Vous ajoutez que vous voulez envoyer une lettre collective à tous.

communem epistolam dare, non modo omnem turpitudinem atque impietatem rei, quam querimus, ostendendi, sed etiam arcana adversariorum consilia patefaciendi causa, vehementer tale propositum probamus, quamquam non est dubium quin triste factum jam multos bonorum, Ecclesiæ Chilensi periculo indormientium, excitarit.

Nos vero vestrarum rerum cursum singulari studio curaque prosequi non cessabimus; interea, divinorum munerum auspiciem ac Nostræ paternæ caritatis testem, apostolicam Benedictionem vobis, Venerabiles Fratres, atque omni populo Chilensi amantissime impertimus.

Datum Romæ, apud S. Petrum, die xxii mensis augusti, MCMXIII, Pontificatus Nostri anno undecimo.

PIUS PP. X.

les habitants du Chili, non seulement pour leur montrer toute l'indignité et l'impiété de cet acte, mais pour leur faire voir les desseins cachés des adversaires; Nous approuvons fortement un tel projet, quoiqu'il ne soit pas douteux que ce malheureux fait aura réveillé déjà beaucoup d'honnêtes gens qui s'étaient endormis sur le péril de l'Eglise au Chili.

Nous ne cesserons de poursuivre de Notre bienveillance particulière et de Nos soins le cours de vos affaires; en attendant, comme gage des présents divins et en témoignage de Notre amour paternel, Nous vous accordons bien affectueusement, Vénérables Frères, ainsi qu'à tout le peuple du Chili, la Bénédiction apostolique.

Donné à Rome, près Saint-Pierre, le 22 août 1913, de Notre Pontificat la onzième année.

PIE X, PAPE.

[Rome, 8 juin 1914.]

# APOSTOLICÆ SUB PLUMBO LITTERÆ

---

*Erectio novæ diœcesis Insulensis.*

---

PIUS, EPISCOPUS,

*Servus servorum Dei.*

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Consistoriali decreto, cujus initium « Ut consuleret », die quinta proxime lapsi mensis februarii edito, Nos, quo aptiori regimini diœcesis Cameracensis in Gallia, finium amplitudine ac civium frequentia potissimæ, quantum tunc temporis fas erat, prospiceremus atque ad novam ibidem diœcesim constituendam res melius disposeremus, vicariatum generalem statutis sub legibus instituimus cum ordinaria jurisdictione in eam diœcesis Cameracensis partem quæ complectitur districtus Insulensem, Hazebrouckiensem et Dunkerquensem, seu vulgo *arrondissements Lille, Hazebrouck et Dunkerque* nuncupatos.

---

*Érection du nouveau diocèse de Lille.*

---

PIE, ÉVÊQUE,

*Serviteur des serviteurs de Dieu.*

*Pour perpétuelle mémoire.*

Par un décret consistorial commençant ainsi : *Ut consuleret*, promulgué le 5 février dernier, voulant, le mieux qu'il était possible alors, pourvoir au meilleur gouvernement du diocèse de Cambrai, qui est remarquable entre tous par l'étendue de son territoire et la densité de sa population ; voulant aussi préparer les voies à la création d'un nouveau diocèse, Nous avons établi un vicariat général régi par des lois spéciales, avec juridiction ordinaire sur la partie du diocèse de Cambrai comprise dans les arrondissements de Lille, Hazebrouck et Dunkerque.

Quum vero nuperrime sedes archiepiscopalis vacavisset, a pluribus diversi ordinis et oppositæ sententiæ viris quæsitum est ut denuo de hac re videretur. Quibus satisfacere volentes Nos sententiam petivimus omnium episcoporum qui Cameracensi diocesi proximiores sunt. Habito autem horum suffragio, de consulto Sacræ Congregationis Consistorialis, abrogato vicariatu Insulensi, ad divisionem diocesis Cameracensis deveniendum censuimus et decrevimus.

Itaque auditis interesse habentibus atque suppleto, quatenus opus sit, quorum intersit vel sua interesse præsumant consensu, de apostolicæ potestatis plenitudine diocesim Cameracensem in duas partes dividimus ac sejungimus, in cujus parte septentrionali propriam ac distinctam diocesim « Insulensem » denominandam perpetuo erigimus et instituimus in eum qui sequitur modum.

Imprimis civiles districtus Insulensem, Hazebrouckiensem et Dunkerquensem, seu vulgo *arrondissements Lille, Hazebrouck et Dunkerque* vocatos, qui vicariatu generali Insulensi tributi jam fuerant, a reliquo diocesis Cameracensis territorio separamus et dividimus, eosque cum propriis nunc exstantibus finibus perpetuo assignamus et attribuimus in novæ diocesis Insulensis territorium.

Hujus autem diocesis, ita limitibus definitæ, sedem et cathe-

---

Le siège archiepiscopal étant venu à vaquer, plusieurs personnages de condition diverse et de sentiments opposés Nous ont demandé de remettre la question à l'étude. Dans le désir de leur donner satisfaction, Nous avons sollicité l'avis de tous les évêques les plus rapprochés du diocèse de Cambrai. Après avoir reçu leurs suffrages, sur l'avis de la S. Cong. Consistoriale, Nous avons résolu et décrété d'abolir le vicariat de Lille et d'en venir à la division du diocèse de Cambrai.

Donc, les parties entendues, suppléant, s'il est besoin, au consentement des intéressés réels ou prétendus; de la plénitude de Notre pouvoir apostolique, Nous divisons et séparons en deux le diocèse de Cambrai. Dans la partie septentrionale, Nous créons et instituons à perpétuité en la manière suivante un diocèse à part, qui prendra son nom de Lille.

Et tout d'abord les arrondissements de Lille, Hazebrouck et Dunkerque, attribués précédemment au vicariat de Lille, sont séparés et retranchés de l'ancien territoire du diocèse de Cambrai et assignés perpétuellement, dans leurs limites actuelles, au territoire du nouveau diocèse.

De ce diocèse ainsi délimité, Nous plaçons le siège et la chaire dans

dram episcopalem in civitate Insulensi, seu vulgo *Lille*, quippe quæ ceteris sit præstantior ac frequentior, Nos perpetuum in modum erigimus et constituimus.

Ecclesiam præterea in eadem urbe exstantem atque Beatae Mariæ Virgini vulgo *Notre-Dame de la Treille* dicatam, quæ amplissima et singulari opere ac artificio ditata perhibetur, sub iisdem invocatione et titulo ad cathedralis gradum et dignitatem evehimus ac extollimus, in eaque cathedrale Capitulum juxta sacros canones moremque in Gallia legitime inductum erigimus et instituimus.

Volumus pariter ut episcopi pro tempore Insulenses, cathedralis ecclesia ejusque Capitulum iisdem prorsus fruantur honoribus, juribus, privilegiis ac prærogativis, quæ ipsis de jure competunt, vel quibus cæteri sacrorum antistites, cathedrales ecclesiæ earumque Capitula in Gallia ex legitima consuetudine potiuntur et gaudent.

Suum quoque proprium ac distinctum Seminarium tum majus, tum minus, habere debet nova diœcesis Insulensis, secundum Concilii Tridentini præscripta, ad clericos ejusdem diœcesis rite sanctèque instituendos.

Speciatim vero ad clerum quod attinet, decernimus ut statim ac Cameracensis diœcesis dismembratio novæque diœcesis Insulensis erectio effecta sit, eo ipso presbyteri jure adscripti cen-

---

la cité de Lille, qui s'élève au-dessus des autres par son importance et par sa nombreuse population. Nous l'érigéons donc et la constituons pour toujours en évêché.

L'église dédiée dans la même ville à Notre-Dame de la Treille est, à ce que l'on dit, fort vaste et bâtie avec un art merveilleux. Nous l'élevons, sous la même invocation et le même titre, au rang et à la dignité de cathédrale, selon les saints canons et les coutumes légitimement établies en France.

Nous voulons aussi que les évêques de Lille, leur cathédrale et son Chapitre jouissent de tous les honneurs, droits, privilèges et prérogatives qui de droit leur appartiennent, ou dont les autres pontifes et les églises cathédrales et leurs Chapitres jouissent en France d'après une coutume légitime.

Il y aura dans le nouveau diocèse de Lille des Séminaires spéciaux et distincts, grand et petit, organisés d'après les prescriptions du Concile de Trente pour la bonne et sainte formation des clercs.

En ce qui concerne particulièrement le clergé, dès que seront opérés le démembrement du diocèse de Cambrai et l'érection du nouveau diocèse de Lille, tous les prêtres, par le fait même, seront incorporés au

seantur et sint diocesi in cuius territorio, vel curæ animarum, vel alio ecclesiastico officio legitime addicti exstant.

Quo vero rectæ administrationi novæ diocesis prospiciatur, præcipimus ut documenta et acta omnia, quæ clerum et populum Insulensis diocesis attingunt, ex archivo Cameracensis diocesis extrahantur atque quamprimum tradantur novæ diocesi in ejus archivo religiose asservanda.

Præterea diocesim Insulensem, sicut jam altera Atrebatensis, suffraganeam constituimus metropolitanæ Ecclesiæ Cameracensis, cujus archiepiscopi metropolitico juri idcirco episcopum novæ diocesis Insulensis subijcimus. Firmis in reliquo communis juris præscriptis aliisque pro temporis conditione opportune hac de re edendis.

Præsentem autem Litteras et in eis contenta quæcumque, nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel defectu, aut quavis ex causa, quantumvis juridica, legitima, pia et privilegiata, etiam ex eo quod causæ propter quas præmissa emanarunt, adductæ, verificatæ, seu justificatæ non fuerint de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quopiam alio substantiali, substantialissimo, inexcogitato et inexcogitabili ac specialem et individuum mentionem et expressionem

---

diocèse où ils sont légitimement appliqués, soit au ministère des âmes, soit à toute autre fonction ecclésiastique.

Afin de pourvoir à la bonne administration du nouveau diocèse, tous les actes et documents relatifs au clergé et au peuple de Lille seront extraits des archives du diocèse de Cambrai et transmis le plus tôt possible au nouveau diocèse, pour être conservés dans ses archives avec un soin religieux.

En outre, Nous établissons le diocèse de Lille, comme l'est déjà celui d'Arras, suffragant de l'Eglise de Cambrai, et plaçons sous la dépendance juridique de l'archevêque métropolitain l'évêque de ce nouveau diocèse. Sauves, pour tout le reste, les prescriptions de droit commun et celles qui pourraient être édictées selon les besoins du temps.

Nous décrétons que les présentes Lettres avec leur contenu ne pourront être l'objet d'aucun blâme, d'aucune attaque et invalidation, en aucun temps et sous aucun chef ou prétexte ou vice de forme que ce soit, quelle qu'en soit la cause, si juridique, légitime, pieuse et privilégiée qu'elle soit. Et peu importe que les causes alléguées dans l'émission faite par Nous de ces Lettres n'aient pas été introduites, vérifiées et justifiées par suite d'un vice de subreption ou d'obreption, de nullité ou par un défaut de Notre intention ou par un autre défaut

requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis eorumque aliquo, solemnitates et quævis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, colore, vel prætextu, aliave ratione aut causa, etiam tali quæ ad effectum validitatis earundem præsentium necessario forent exprimenda, notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari, aut ad viam et terminos juris reduci, seu adversus illos quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, vel etiam Motu, scientiæ et potestatis plenitudine paribus concessio et impetrato, quempiam uti, seu juvari posse in judicio et extra illud atque eas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per quascumque Litteras et Constitutiones apostolicas, aut Cancellariæ apostolicæ regulas editas, vel edendas minime comprehendendi, sed semper ab illis excipi et quoties illæ emanabunt toties in pristinum et validissimum statutum restitutas, repositas ac plenarie reintegratas ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quodcumque eligenda concessas esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et ita

quelconque : substantiel, très substantiel, auquel on n'a pas ou on ne pouvait pas songer et requérant une mention et une expression spéciale et individuelle; soit encore parce que, dans ces Lettres ou dans une partie d'entre elles, les solennités et formalités quelconques qui devaient être observées et remplies n'auraient été ni remplies ni observées, soit pour toute autre raison, couleur, prétexte ou cause, même telle qu'elle devait être exprimée pour l'effet nécessaire de la validité des présentes. Elles ne pourront être l'objet d'une discussion de droit ou de controverse; on ne pourra obtenir aucun moyen de s'en dispenser, interpréter les termes du droit dans le même sens qu'auparavant, ni leur opposer un palliatif quelconque de droit, de fait, de faveur ou de justice, ni même d'un *Motu proprio* accordé et octroyé par des autorités équivalentes, en toute connaissance de cause et avec plénitude de pouvoir, ni s'en prévaloir en jugement ou hors de jugement. Elles ne sont nullement comprises sous les révocations, suspensions, limitations, dérogations ou autres dispositions contraires de faveurs semblables ou différentes, et cela par n'importe quelles Lettres et Constitutions apostoliques ou ordonnances de la Chancellerie apostolique, qui ont été ou seront promulguées; mais elles en seront toujours exceptées, et toutes les fois qu'elles paraîtront, elles seront rétablies dans leur première forme de validité absolue; elles seront réintégrées pleinement et à nouveau; elles ont et obtiennent leur effet plein et entier; tous les regarderont comme telles et les

ab omnibus censeri, ac firmiter et inviolabiliter observari, sicque et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, vel dignitate fulgentes, etiam causarum Palatii apostolici auditores ac S. R. E. cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi potestate, et facultate, iudicari et definiri debere, ac irritum quoque et inane decernimus si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter aut ignoranter, contigerit attentari.

Hæc autem ad exsequenda Nos deputamus dilectum Filium Nostrum Ludovicum Henricum tituli S. Mariæ Novæ S. R. E. presbyterum cardinalem Luçon nuncupatum et Rhemensium archiepiscopum, eidem tributis omnibus facultatibus necessariis et opportunis, etiam subdelegandi ad effectum de quo agitur quemlibet ecclesiastica dignitate ornatum, atque definitive pronuntiandi super quavis difficultate, seu oppositione in executionis actu quomodolibet oritura, facto tamen ei onere intra sex menses mittendi ad Sacram Congregationem Consistorialem authenticum exemplar executionis peractæ.

Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et Cancellariæ apostolicæ regula « De jure quæsito non tollendo » ac Latera-

observeront fermement et inviolablement. Il doit être ainsi jugé et non autrement par tous les juges ordinaires ou délégués, quelle que soit leur autorité ou leur dignité, même s'ils étaient auditeurs des causes du Palais apostolique et cardinaux de la Sainte Eglise Romaine, même légats *a latere*, vice-légats, nonces du Saint-Siège. Nous leur enlevons à eux et à quiconque parmi eux le pouvoir et la faculté de juger et d'interpréter autrement, et Nous déclarons nul et de nul effet tout ce qui leur serait opposé, par qui que ce soit et de n'importe quelle autorité, sciemment ou par ignorance.

Pour la mise à exécution des présentes, Nous députons Notre cher Fils Louis-Henri, cardinal-prêtre de Sainte-Marie la Neuve et archevêque de Reims. Nous lui donnons en conséquence toutes les facultés nécessaires et opportunes, y compris celle de subdéléguer à cet effet n'importe quel personnage revêtu d'une dignité ecclésiastique et de trancher d'une façon définitive toute difficulté ou opposition qui pourrait surgir dans l'exécution, de quelque manière que ce soit. Nous lui faisons en même temps une obligation d'envoyer dans les six mois à la S. Cong. Consistoriale une expédition authentique des actes relatifs à cette opération.

Nonobstant, autant que besoin est, Notre règle et celle de Notre Chancellerie apostolique *De jure quæsito non tollendo* et celle du der-



